

The Electronic *Manipulus florum*  
[www.manipulusflorum.com](http://www.manipulusflorum.com)

Gula r  
cum fonte primo

Paulus Thimotheo modico uino utendum consuluit,  
et Dominus ipse bibt, ita ut uini potator appellatus sit,  
apostolis quoque bibendum dedit,  
insuper et ex eo sacramenta sui sanguinis edidit.

Bernardus ibidem (in apologetico).

Sed et satius est modico vino uti propter infirmitatem,  
quam multa aqua ingurgitari per aviditatem,  
quia et Paulus Timotheo modico vino utendum consuluit,  
et Dominus ipse bibt, ita ut vini potator appellatus sit,  
Apostolis quoque bibendum dedit,  
insuper et ex eo sacramenta sui sanguinis condidit,  
cum e contrario aquam ad nuptias bibi non passus sit,  
et ad aquas contradictionis populi murmur terribiliter castigaverit,  
David quoque aquam, quia desideraverat,  
potare timuerit, virique illi Gedeonis,  
qui prae aviditate toto corpore prostrato de flumine biberunt,  
digni ad praelium ire non fuerint.

Bernardus Claraevallensis, *Apologia ad Guillelmum abbatem*, 12  
(SBO 3, J. Leclercq, C.H. Talbot, H.M. Rochais eds., p.92, ll.13-21).